UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Avtoritates Excaluinizatæ Catechismi Calvino-Heidelbergensis Excaluinizati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

AVTORITATES
Excaluinizatæ

CATECHISMI CALVINO-HEIDELBERgenſis Excaluinizati.

a 1. Cor. 6, 20 *Glorificate & portate Deum in corpore veſtro. b* Rom. 14, 7, 8. *Nemo enim noſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi moritur. Siue n. viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus. &c. c* 1. Cor. 6. 19. *Membra veſtra templum ſunt Dei Sancti, &c. & non eſtis veſtri.*

Resp, *a. b, c.* De Iure *ſumus* Chriſti; at de Facto *eſſe debemus & poſſumus.* Nota, Caluiniſta, ad perſuadendam Fidem Specialẽ, in toto Catechiſmo fallit ab ſẽſu ambiguo, capiens Communem Iuris, pro Speciali ac perſonali, qui eſt Facti. Proinde ibi de omnibus dicitur fidelibus iuſtis; eſtque de fide: Non autem de Me in ſingulari: ideoque hoc non eſt fidei, ſed ſpei bonæ cum timore. Qui ſenſus eſt & ſubſequentium. *d. e. f. g. h. i. k. l.*

d. 1. Cor. 3, 22. *Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti. e.* 1. Cor. 6. 20. *Empti enim eſtis pretio magno.* 1. Ioan. 1. 7. *Si in luce ambulamus, ſicut & ipſe eſt in luce. Societatem habemus ad inuicẽ, & Sanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato.* 1. Tim. 2, 6. *Ieſus qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus. f.* Hebr. 2. 14, 15. *Quia ergo pueri communicarunt Carni & Sanguini; & ipſe ſimiliter participauit eiſdem; vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, id eſt, diabolum. g* 2. Th. 3. 3. *Fidelis Deus, qui confirmauit vos, & cuſtodiet à malo.* Ioh 6. 39. *Hæc eſt autem voluntas Patris mei, qui miſit me; vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo; ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die. h* Matt. 10. 29. *Nonne duo paſſeres, &c. Veſtri autem capilli. &c. Item* Luc 21, 18. Ex hiſce bene infertur Certitudo fidei ac ſalutis in Communi: at malè, in ſpecie, perſona, & de facto vt Luthero-caluiniſtæ volunt *i* Rom. 8, 28. *Scimus autem quoniam diligentib. Deum omnia cooperantur in bonum iis, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.*

Omnia, præter peccatum expiandum voto, aut opere operato Sacramenti *k* Ro. 8, 16, 17. *Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus* Filij *Dei. Si autem filij, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: Si tamen compatimur, vt & conglorificemur.* Eph. 1, 14. *Qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, in redemtionem acquiſitionis, &c. l* Luc. 1. 16. *Et erexit cornu ſalutis nobis.* v. 74. *Vt ſine timore de manu inim. no. lib. ſeru. illi in ſanctitate, &c.* Pſ. 110, 3. *Cõfeſſio & magnificentia opus eius, & iuſtitia eius man. in ſæc.*

QVÆSTIO II.

Quot ſunt tibi ſcitu neceſſaria, vt iſtâ conſolatione fruens, beatè viuas & moriaris?

Resp. Tria *in cæteris.* Primum, quanta ſit peccati mei & miſeriæ meæ magnitudo [a]. Secundum, quo pacto ab omni peccato & miſeria liberer. [b] Tertium, quam gratiam Deo pro ea liberatione debeam. [c]

abc Rom. 7. 24. Mat. 11, 28. 29. 30.

PRI-